



quis habeat certum pecuniae modum peccatum eius non possit absolui quod aperte secundum literam quidam uideatur absurdum. Secundum spiritalem uero intelligentiam certum est quod remissionem peccatorum nullus accipiat nisi detulerit integram probam & sanctam fidem per quam merari possit artem. cuius natura haec est ut peccata credentis abstergeat. & hic est fidelis sermo probata ut diximus & sincera fides. id est ubi nullus perfidiae dolus nulla heretice calliditatis peruersitas admiscetur. ut sinceram fidem offerentem. praetio christi sanguine tanquam immaculae hostiae diluamur. per quem est deo patri omnipotenti cum spiritu sancto gloria & imperium in saecula saeculorum. **AN EXPLICIT OMELIA TERTIA**
INCIPIT OMELIA QUARTA

De eo quod scriptum est si peccauerit anima ^{suo} & praeteriens praeterierit preceptum domini & mentietur proximo super deposito aut societate & cetera. Secundum diuine legis fidem. haec quae leguntur nobis. dominus locutus est ad moysen. puto quodamquam di uerba non debent secundum inexactam audientiam. sed secundum exactam loquentis intellegi. Dominus inquit locutus est. quid est dominus. apostolus tibi respondet. & ab ipso discere quid dominus spiritus est. Quod si tibi apostoli sermo non sufficit. audi ipsum dominum in euangelis dicentem quia dominus spiritus est. Si ergo dominus & dominus spiritus est quae spiritus loquitur spiritualiter debemus audire. ego adhuc & amplius aliquid dico quia quae christus loquitur. non spiritalia tantum sed & spiritalia credenda sunt. Non meo sensu haec de euangelis adprobabo. Audi dominum & saluatore nostrum ad discipulos suos dicentem. Verba quae locutus sum uobis spiritus & uita est. Nequaquam dubitare debemus quod & iam quae per moysen locutus est. spiritus & uita credenda sunt. Sed uideamus quae sunt de quibus nunc pro ut possumus aliqua dicere debeamus. & locutus est dominus inquit dominus ad moysen dicens anima quae cumque peccauerit praeteriens & praeterierit preceptum domini & mentietur proximo super deposito aut societate aut rapina aut nocuit aliquid proximo. Aut haereticam perditionem & mentietur de ea & iurauerit inique de uero abominatur. quae cumque fecerit homo ut peccet in his. & erit cum peccauerit & deliquerit & red de rapinam quam rapuit aut iniuriam quam nocuit aut depositum quod commendatum est ei aut perditionem quam inuenit ab omni re pro qua iurauerit iniuste & restitua & ipsum capud & quintus in super augebit. & cuius est ei reddat quae die conuictus fuerit. hucusque interim peccatorum species exponuntur. postea uero ait si ergo ipsius saluatoris uoce didicimus quia uerba quae loquitur est apostolus spiritus & uita est